

*De Elench. Soph. in genera.* 649

conclusio conclusioni alterius contradictione  
opponatur.

7. Elenchus est vel verus, vel falsus, qui  
& sophisticus appellatur.

8. Elenchus verus est, qui vel ex prae-  
missis veris, vel ex ejusmodi, quae homi-  
num opinioni consentaneae sunt, infert con-  
clusionem alterius conclusioni legitime con-  
tradictentem. E. g. sit conclusio: *O, homi-*  
*nes sunt electi.* Contra hanc formatur tale  
argumentum: Quicumque non finaliter  
credunt, non sunt electi. Q. homines sunt  
illi, qui non finaliter credunt. E. Q. *ho-*  
*mines non sunt electi.* Hic syllogismus est  
verus elenchus, quia conclusio ejus, nem-  
pe *Q. homines non sunt electi*, quae ex ve-  
ris colligitur, contradicit illi conclusioni:  
*O, homines sunt electi.*

9. Elenchus Sophisticus autem, ut hic  
sumitur, est, in quo vel altera praemissa-  
rum viderur probabilis, non tamen est,  
vel conclusio, infertur, quae videtur contra-  
dicere, revera tamen non contradicit.

10. Dicitur elenchus Sophisticus à Sophi-  
stica, quae est apparens aliqua sapientia, cum  
revera nō sit teste Arist. *l. de elench. Soph. c. 1. §. 6.*  
sicut